tum principem interemit, conſiderare poſsis. Sed idem chirurgus fellis receptaculo alium calculum exemit, vt vir clariſsimus dominus Peucerus mihi ſignificauit, quem manibus ſuis ſeſe contrectaſſe aiebat, praſino colore, forma quadrangulum, magnitudinis vnius articuli.

Inde & renes ſecti fuêre, atq; è dextri lacuna alius quidam lapillus euulſus fuit duorum articulorum magnitudine, ſubrutilo colore, circumcirca vno in loco circulari ambitu medicamentorum λιθοθρυπτικῶν acredine attritus eroſusq́; qua vrina perfluxit.